



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 7. Orobij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

**A**cerræ, seu Acherræ: *Gherra*, ad confluentias Adduæ, & Serrij, celebris vrbs in historiâ Ro. Polybio, & Straboni.

**P**ons Aureoli: hodie *Ponte San-Pietro*, aliis *Pontiruolo*; ab Aureolo dictus, quem vicit hîc Gallienus, Claudius postea ibidem interimit.

**F L V -** {Addua: *Adda*  
Vbartus: *Brembo*} de quibus suprà.  
**V I I** Humatia: *Serio*  
Frigidus, aliter Lamber, hodie *Lambræ*; vnde fortè Lambrani milites nomen traxere.

**N V M.** 7. *Orobij*, partie du Duché de Milan autour de Come.

**B**ERGOMVM: *Bergamo*, à scriptoribus medijs æui Bergamum, Procopio Pergama in plurali, apud Paulum Diac. Pergamum, & Pergamus. Ei adiacens regio abundabat ære purissimo, ait Plinius; qui ex Catone notat Bergomates diætos esse à vrbe Berga, etiam nomine prodente esse altius, quam fortunati sūos.

**C**OMVM: *Kōμον*: *Como* ad lacum Larium, afflictum à Rhætis suprà accolentibus, à Pompeio Strabone Magni patre reparatum, ait Strabo lib. 5. quibus Cneus Scipio tria milia Colonorum adiecit; addidit Iulius Cæsar quinque millia, de quibus quingentifuerunt Græci nobilissimi, tuncque incolæ dicitur Neocomitæ, & Colonia Nouumcomum. Sed illi noui ciues male affecti sunt initio belli ciuilis. Scriptores mediæ ætatis Sigebertus, & Regino vrbem vocant Cumas, & incolas Cumanos.

**F**ONS Plini, in loco vulgò etiamnum *Pliniano*; de hoc fonte plura in Admirandis dicemus.

**F**ORVM LICINII, & corruptè apud Plinium Licini-forum: creditur hodie dici *Pieve d'Incino*, Cluuerio est *Berlasina*.

**L A -** {LARIUS, de quo in Euganeis.  
EVPILIS, quem Lamber fluuius subit, nunc exaruit ex parte, & abiit in tres minores lacus, vt ait Paulus Iouius Comensis. De eo iterum in nouâ, nam in præsentia oblimatus in tres lacus minores conuersus videtur.

*Parall. Geogr. Tom. II.*

AAA